

Diagnosen neuer Schmetterlinge des k. k. naturhistorischen Hofmuseums.

Von

A. F. Rogenhofer.

(Vorgelegt in der Versammlung am 7. Jänner 1891.)

Die interessanten Ergebnisse der neuesten Reisen des Herrn Professors Dr. O. Simony und des Herrn Dr. O. Baumann bieten Anlass zur Bekanntgabe des Nachfolgenden. Ersterer besuchte die östlichen Inseln der Canaren, darunter zwei Felsenriffe ohne Landungsplatz, Roque del Infierno und Roque del Este, die noch von keinem Naturforscher betreten wurden. Herr Dr. Baumann sammelte gelegentlich der geodätischen Aufnahme des deutsch-ostafrikanischen Gebietes in dem Theile der N'Guru-Berge südlich vom Kilima-Ndjaro bis zum Fusse derselben. Von interessanten, erst kürzlich bekannten Formen will ich nur erwähnen: *Amauris Hanningtoni* Butl., *Charaxes Eupale* Dr., *Charaxes Neanthes*, ein neuer *Papilio* aus der *Hesperus*-Gruppe¹⁾, *Acraea montana*, meist von neuen Fundorten, dann *Catuna Sikorana* m. ♀ (um 1 cm grösser, Hinterflügel unten ockergelb), vom höchsten (2000 m) Punkte in Usambara: Schembekeza; die aparte *Callosune Hildebrandtii* Stdg., *Mylothris narcissus* Butl., *Euphaedra violacea* Butl. und interessante *Acraea*-Arten.

Beide Herren haben mit grösster Uneigennützigkeit die sehr werthvolle Ausbeute dem k. k. naturhistorischen Hofmuseum überlassen, wodurch die Sammlungen eine ganz aussergewöhnliche Bereicherung erfuhren.

Papilio nobilis m., nov. spec.

♂. *Alae anticae apice leviter curvatae (sicut in Papilio Hespero Wstw.), supra pallide ochraceo-luteae, costa nigra, ab radice usque ad dimidium medianae*

¹⁾ Beschreibung siehe unten.

ferrugineae, margine externo sat ferrugineo intus dentato, apicem versus 2 maculae parvae pallidae, subtus pallidiores, praecipue apicem versus et dimidia mediana nec non radix ochraceo-brunneae.

Alae posticae supra, praesertim versus costam, haud pallidiores, macula quadrata nigrina marginis antici, fines costarum ochraceo maculatae; cauda tenuis, brevis spatulata.

Subtus toto badio-ochraceae cum fascia media albida, extus bidentata, costis medianae infumatis, macula costali badia, radice et angulo anali rufo capillatis.

Caput et corpus ochracea, antennae nigrae, abdomine flavido supra nigro strigato, pedes nigri.

Expansio: 9.2 cm.

Patria: Africa orientalis; Pare.

Affinis primo intuitu Papilioni Merope, sed colore jam et defectu linearum in mediana alae posticae paginae inferioris sat distincta.

Museum caesareum. — Eminens detectio Dr. O. Baumannii.

***Charaxes Baumannii* m., nov. spec.**

Alae supra, ut in Charaxes Ethalion B. ♀, nigrae cum fascia communi alba, antice angustata in 3 maculas parvas sejuncta, maculis subapicalibus 3 albis, margine posticarum bicaudato, ochreo et viriduli picto, intus albido punctato.

Subtus alae brunneo-canae, nitentes, fascia albida anticarum ad costam bisinuato, macula obscura ad angulum internum et punctis tribus ad radicem.

Alae posticae subtus maculis marginalibus brunneis, punctis limbalibus nigris, intus albide notatis.

Corpus et antennae nigrae, palpi nigri, subtus albidi, pedes cani.

Expansio: 5.4—6 cm. — 4 ♀.

Patria: Pare, montes.

Minor quam Charaxes Ethalion, differt supra fascia angustiore, vix violascente, subtus in anticis fascia ad costam bifida, pagina inferiore magis unicolore, pictura albida fere ut in Charaxes Anticlea ♀; maculae marginales alarum posticarum supra ab fascia longe distantes.

Museum caesareum. — In honorem indefessi detectoris nominata.

***Precis Guruana* m., nov. spec.**

♀. Alis nigrefuscis, fascia externa communi rubiginosa, anticis ad costam incurva tenui, serie punctorum 5 nigrorum extus terminato, punctis tribus apicalibus albis; posticis serie punctorum quinque nigrorum in fascia, fimbria variegata.

Subtus fuscae, medio cane variegatae, fascia rufescente intus albida, limbo cano, serie punctorum ut supra. Corpus, antennae et palpi supra fusca, palpi subtus albidi, venter pedesque cani. 2 ♂.

Expansio: 5·2 cm.

Patria: N° Guru borealis.

Affinis Precis Limnoriae Klg., sed fascia colore obscuriore, alis anticis magis emarginatis, posticis fere caudatis et pagina inferiore magis unicolore differt.

Museum caesareum. — Dr. O. Baumann legit.

Acraea (Telchinia) Rosina m., nov. spec.

♂. Capite, antennis, corpore costisque nigris, palpis pallidis sparsim nigro hirtis, pedibus testaceis, abdomine supra antice nigro, postice et infra testaceo, cercis testaceis crassiusculis.

Alae anticae rosaceae, maculis ordinariis (ut in *Acraea violarum*) nigris, fascia marginalis serrata, limbo rubro maculato, fimbria nigra.

Alae posticae paululum pallidiores, radice nigra, maculis undecim nigris, margine modice lato nigro, subtiliter pallide notato.

Alae anticae subtus ut supra, apicem versus tantum albidae.

Alae posticae albidae, ad radicem quinque maculis reniformibus atris; margo niger albo notatus, fimbriae albidae.

Expansio: 54 mm.

Patria: Nyika, deserta.

Affinis Acraeae violarum et *Ac. Buettneri* m., sed multo major et differt maculis limbalibus, praecipue colore laete rosaceo ab plurimis speciebus.

Museum caesareum. — Detecta a Dr. O. Baumann.

Saturnia Marnois m., nov. spec.

Caput, antennae pedesque ochracea, corpus lacteum, dense lanosum. Antennae ♂ pectinatae ut in *Saturnia pāvonia*, ♀ ut in *spini*.

Alae lacteae, anticae costa, radice limboque infuscatis, fasciis duobus brunneo-ochraceis (in femina in disco conjunctis), linea marginali communi ochracea; ocello in medio pellucido, extus coerulescente, albido marginato, latius fusco circumcincto, in apice macula oblonga rubida.

Alae posticae fascia media abbreviata et marginali fusco ochracea, limbalis ochracea.

Subtus alae vix pallidiores, fascia media desinente.

Expansio: ♂ 80 mm, ♀ 87 mm. — 2 ♂, ♀.

Affinis Saturnia Dyopsi Maassen et Weymer (Beiträge zur Schmetterlingskunde, 1872, Heft 2, Taf. XVI, Fig. 21, ♀), sed iste differt carente macula apicali et perspicuo, quamvis minuto ocello alarum posticarum.

Museum caesareum. — Detecta a D. E. Marno prope Koakiora, Africae orientalis, in terra Ussagara initio anni 1878.

566 A. F. Rogenhofer. Diagnosen neuer Schmetterlinge des k. k. naturh. Hofmuseums.

Von den zahlreichen Neuheiten will ich hier auch einen interessanten Spinner von den canarischen Inseln diagnosticiren, den Herr Prof. O. Simony in allen Verwandlungsstadien beobachtete.

***Dasychira fortunata* m., nov. spec.**

Obscure grisea, alis anticis elongatis, supra cinereis, albido-variegatis, macula renalis in mare ferrugineo in femina albido tincta, lineis nigris acutis, margine maculoso; alis posticis griseis, lunula media tenui, margine unicolore; subtus unicolore griseis; abdomine graciliore, non fasciculato.

Expansio: 3·7—4·8 cm. — 4 ♂, ♀.

Affinis Dasychirae fascelinae L.

Museum caesareum. — Detecta et ex eruca in Pino canariensi educata a Prof. O. Simony in insulis fortunatis: Palma et Hiero.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Verhandlungen der Zoologisch-Botanischen Gesellschaft in Wien. Früher: Verh. des Zoologisch-Botanischen Vereins in Wien. seit 2014 "Acta ZooBot Austria"](#)

Jahr/Year: 1891

Band/Volume: [41](#)

Autor(en)/Author(s): Rogenhofer Alois Friedrich

Artikel/Article: [Diagnosen neuer Schmetterlinge des k. k. naturhistorischen Hofmuseums. 563-566](#)